UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

122. Iesus interrogat Pharisæos, cuius filius sit Christus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
autē ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. *122.	ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatū nō eſt. Et ait illi Scriba, Bene Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquā ſeipſum: maius eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificijs. Ieſus aūt vidēs, quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Nō es lōgè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. * 122.		

CAP. 122. IESVS *interrogat Phariſæos, cuius filius ſit Chriſtus.*

Matth. 22. *121. *Mar.* 12. * 121. *Luc.* 20. * 120.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Congregatis autē Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicūt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eū Dominū, dicens, Dixit Domin⁹ Dn̄o meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū? Si ergo Dauid vocat eū Dn̄m: quomodo fili⁹ ei⁹ eſt? & nemo poterat ei reſpō dere verbū; neq; auſus fuit quiſquā ex illa die eū amplius interrogare. * 123.	ET reſpondens Ieſus, dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ, Chriſtum filium eſſe Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libēter audiuit. * 123.	DIxit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum filiū eſſe Dauid? & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Dn̄s Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum? Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius eſt? * 123.	